



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 90119339**

§. 38. Quatuor Præsules Cardinalium Collegio a Clemente XII. Papa adlecti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

stor, amantissimus Pater, & strenuus Religionis Sedisque Apostolicæ vindex per triginta omnino annos vastam suam Diæcesin immota sollicitudine rexerat, Decanus factus sacri Collegii, & pleuritidis morbo correptus die quinta Decembris tot laborum præmium beato sine in cælis (ut pie speratur) consecutus est.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1734.

§. XXXVIII.

*Quatuor Præsules Cardinalium Collegio a Clemente XII. Papa adscripti.*

Vacuas defunctorum Cardinalium sedes jam die vigesima quarta Martii Clemens Papa implevit; habito enim secreto, ut vocant, Consistorio quatuor Præsules meritis præstantissimos Purpuratorum Senatui adscripsit. Hos inter primus erat Pompejus Aldrovandus Bononiensis Patriarcha Jerosolymitanus, Urbis Romanæ Governator, & Vice-Camerarius, Presbyter Cardinalis tit. S. Eusebii. II. Seraphinus Cincius patria Romanus, Archiepiscopus Beneventanus, S. R. Rotæ Auditor, Presbyter Cardinalis S. Agnetis extra mœnia. III. Petrus Maria Pierius Senensis Ordinis Servorum B. M. Virginis Prior Generalis, Presbyter Cardinalis tit. S. Joannis ante Portam

Z z 2

Lati-

Sæc. XVIII. Latinam. IV. Jacobus de Landis  
 A. C. 1734. nis patria Florentinus, S. Congregationis Concilii Secretarius, Cardinalis  
 Diaconus tit. S. Mariæ in Porticu.

## §. XXXIX.

*Decreta ac decisiones Clementis  
 Papæ.*

Hoc item anno Clemens XII. Pontifex  
 Maximus occasione dubiorum ab  
 inde propositorum plures editas Con-  
 stituciones ad disciplinæ Ecclesiasticæ  
 & Regularis conservationem percutit.  
 Et quidem primo Firmanus Casus  
 duo hæc movit dubia. I. Utrum  
 fraternitates erectæ auctoritate  
 naria, & habentes propriam Ecclesi-  
 teneantur solvere Cathedralium.  
 An ad illud solvendum adtingantur  
 etiam Sodalitates, quæ non habent  
 propriam Ecclesiam, sed simpliciter  
 duntaxat Capellam in honorem San-  
 ctorum, sub quorum titulo sunt erectæ.  
 Igitur die vigesima quarta Julii  
 nuente Papa S. Congregatio Concilii  
 respondit ad dubium primum affirma-  
 do, ad alterum negando. Die autem  
 decimo quarto Januarii Pontifex declar-  
 ravit, quod imposterum Fratres Con-  
 gregationis Clericorum Regularium  
 qui a Scholis piis nomen habent, non